



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Homines ipsos primam esse caussam, vt aquis exorbita[n]tibus puniantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

facere, atque alijs extremis malis terræ incolas mactare: & eos, qui ad naues confugiunt, allidere, scopolisque inferre perituros. Neque enim *sat a lata boumque labores, & jumenta duntaxat diluuijs,* sed etiam tota ædificia, & ipsa denique procellis nauigia fatigantur, & fatiscunt. Tum si quidam aquam & fluctus ratibus vincunt, non vincunt inediem.

Maxima pars vndā rapitur: quibus vnda pepereit,

Ilos longa domant inopi jejunia vītu.

Ouid. lib. n.
Metam.

Audiui sèpe disputantes, plùsne aqua sœuiat diluuijs exundans, an flamma incendijs iuualescens? Aiunt, qui oculis & incendia, & diluuija æstimarunt, aquarum vim esse longè violentiorem; neque esse artem, industriam, aut laborem vllum, qui possit torrentis furorem repagulis coercere. Ignem aqua domat, aut refrænat. Aquam ignis nullus exsiccat inundantem. Si flamma in ædes & vrbes dominatur, patet exitus in plateas, fuga in campos; si flumina se non continent ripis, fit terra ipsa, sive intra, sive extramuros.

Pars maris, & latus subitarum campus aquarium.

Quanti tunc senum gemitus, quantus juuenum ploratus, quantus virorum clamor, quantus feminarum existit v lulatus? Haæ voces sunt accusationes; & quot lamenta, totidem audiuntur argumenta. Merguntur homines, merguntur naues; illorum & istarum exitium, apud insipientes, est dininæ bonitatis naufragium; nam, quia id malè factum censem, aiunt, factum, quod Devs imperauit.

Si quis igitur scire cupit, cur Devs istarum rerum sit author? respondeo in primis potius peccatorem, quam Devum harum esse rerum authorem. Nam indidem pœnæ, vnde culpa est origo. Rechè igitur dici potest pœnæ author, qui est author culpæ. Non enim Devs puniret, si homo non peccaret. Quoties itaque, in pœnam, inundationes fluminum, eluiones marium, aut imbruum cataclismi contingunt, non Devs judex, sed homo reus est accusandus, qui diuinæ iræ justitiam in caput suum prouocauit. Quid enim? an ignis non noceat nocenti? *Vindex est orbis iustorum, & Sapi. 16: 16:* non sit vindex Conditoris? quem iam dudum negantes nosse impij, per fortitudinem brachij illius, flagellati sunt: nouis aquis, & gran-

II.

M. 2. dinibus.

Bonfinius.
lib. 7. Dec. 2.
Simile quid
narrat AE-
mil. lib. 5. de
Dargano.

dinibus, & pluvijs persecutionem paſsi. Vruntur impij aquis, contra
Dei milites, & non vtatur aquis Devs, pro suis militibꝫ, contra
impios? Cūm Andreas Vngariae rex, & Christianæ militiae, in Pa-
leſtina, imperator, expugnatā Damiatā, ad Nilum, vrbe, Cayrum
& Babylonem, quo se Soldanus receperat, obſideret; Sулданus
Melchechelchemel Nilum, sub Babylone & Cayro, altioribus ſo-
lito ripis coercuit; & cūm paucis poſt diebus ille, opinione ciuiꝫ,
vehementer intumuiſſet, extemplo defoſſis vtrinq; ripis, inundationem
amnis in hostium caſtra deriuauit. Effunditur, diluuij mo-
re, fluuij, & altiū altitudine cubiti cuncta ſuperat; ex quo intolerabile
Christianis detrimen tum illatum fuit. Siccine nō iunt ho-
mines vti aquis in Dei ſeruos, volūntque, vt aquæ à ſe faciant, &
Devs non ſubmerget aquis hostes? Enim uero fecit id ſtrenue, fe-
cit cum ingenti virtutis ſuæ authoritate.

III.
Genes. 7.

Gen. 6. 5.

Iudic. in oc-
cid. lib. 6. &c.

Hac de cauſa, generali illo cataclymſo, totus mundus, pra-
ter octo homines, eſt obrutus. Tunc enim rupti ſunt omnes fonta
abyssi magne, & cataractæ cali aperte ſunt, & facta eſt pluvia ſuper ter-
ram, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & ſenſim ita in
immensum excreuit aquarum multitudo, vt, quia Oceanus non
ſufficerat, ad tot ſcelerum ſordes abluendas; illis temporibus, vi-
vndarum tandem culmina ſummorum montium, quindecim cu-
bitis excederet. Nimirum multis aquis opus erat, ad abluendam
tantam multitudinem ſediatemque flagitiorum. Quæ vtinam,
penitus, & cum ſirpe abluta eſſet. Propagati ſunt enim, poſt dilu-
uium quoque, non homines tantum, ſed etiam peccatores, qui,
cum peccatis repullulârunt. Cur conqueritur mundus, ſi, quod
meruit, patitur? Meruisse diuinis tabulis probatur. Nam videt
Deus, quod multa malitia eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis in-
tentia eſſet ad malum, omni tempore, pœnituit eum, quod hominem feciſ-
ſet, in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecus. Delebo, inquit, hominem,
quem creavi, à facie terre. Noé verò inuenit gratiam, coram Domino.
Hinc in Arca ſeruatus eſt. Quod neq; Ethnicoſ latuit. Nam, vt
taceam, quod de Deucaleone Poëtae fabulantur, in Occidentalı
historia, legimus, regem Nicaragua interrogasse Christianos illuc
primum appulſos, Num haberent notitiam alicunus generalis diluuij?
&c.

An simile quid adhuc eſſet expectandum? Hinc verò Lactantius
agens